



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De ijs, qu[ae] Parochus antequam infane in ecclesiam ad Baptismum  
deferatur, curet, ac praemoneat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Sess. 24. de  
cret. de ref.  
matt. cap. 7.

unum tantum, siue virum, siue mulierem, ex iacrorum canonum prescripto; vel ad summum unum, & unam, ut Concilio Tridentino statutum est.

Non tamen simul virum, & uxorem adhibebit. Nec excommunicatos, interdictos, publice criminolos, infamesque; pueros natum minores quatuordecim annis; nec preterea, qui sana mente non sunt; neque eos, qui in Pascha communionem non sumplerint; nec verò monachos, regulares, clericosve seculares sacris initiatos, ad infantem de Baptismo suscipiendum adhiberi sinet. Nec preterea illos, quos putet ignorare symbolum, orationemque Dominicam, salutationem angelicam, rudimenta que fidei christianæ; neque item eos, qui nondum Confirmationis sacramentum susceperint.

Eam quoque rationem cohortando habebit, ut ne peregrini, hospites ignoti, & ij denique compadres adhibeantur, quorum domicilium cum longè absit, verisimile non est, consuetudinem inter baptizatum eosque; ita futuram, ut susceperit muneris functionem in eo instruendo prestare possint.

Præmonèbit autem accuratè parentes paulò antè Baptismi ministracionem, ut compadres tales deligant, quales eos esse oportet; qui & vitæ exemplis, & christiana disciplina, castisque moribus alios intruere debent. Itaque in hoc delectu, non nobilitatis, aut diuitiarum, non potentie, non auctoritatis, non potestatis, non amicitiæ, non cuiusvis alterius commodi, emolumentive rationem habebunt; sed eos potius seligent, qui filiorum animæ magis consulere, quam qui inopiæ subuenire possint. Compadres, cum in Baptismi ministerio symbolum, & orationem Dominicam dici ritus postulat, unà secum recitare iubebit.

Non patietur autem eos sacrum attingere chrismam.

Neque item infanti, eiufve parentibus quidquam Baptismi tempore ab eo, eaue donari; neque, ut canone vetitum est, quidquam sibi pecuniæ dari.

Infantem propterea que baptizauerit, supra altare non collocabit: ne inde compadrum muneribus redimatur.

Nec compatri, commatrive linteola ad Baptisimum adhibita, tangenda, aut osculanda exhiberi sinet.

Compadres denique is cum sæpè aliis, præsertim paschali tempore, & in Pentecoste; tum maximè posteaquam Baptisimum ministraverit, huiusce debiti officij monebit; docebitque eos hac potissimum lege obstrictos esse, ut spirituales filios perpetuò commendatos habeant; ad vitamque Christianam instituunt; ac iuxta sancti Augustini sententiam admonere non desistant, ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant; & ante omnia, nisi à parentibus, aut ab alijs instruantur, symbolum, orationemque Dominicam illos doceant: decalogumque etiam, & que sunt prima christianæ religionis rudimenta. Proinde ipse Parochus inibit studiosè certam aliquam rationem perquirendi etiam huius officij, quod compadres verè præstent. Speciatim autem grauibus verbis eos commonefaciet; quorum filios animaduertentur doctrinæ christianæ scholas non frequentare, puerilibus ineptijs, ac vitijs deditos esse, aut in rebus humanis, pura in pascendo grege ita perpetuò occupatos, ut ne festis quidem diebus ad Misfam accedant.

De ijs, que Parochus antequam infans in ecclesiam ad Baptisimum deferatur, curet, ac præmoneat.

**P**arochus infantem natum in ecclesiam quamprimum, aut omnino, ut in Concilio Prouinciali i. cauetur, ante nonum diem ad Baptisimum suscipiendum deferri curabit.

Tit. de bay.

Idque etiam, cum ob necessitatem domi baptizatus est, ut statæ cæremonie ex ritu ecclesie suppleantur.

Sine vlllo pompæ ornatu, sed simplici amictu eundem deferri, præmonebit; cum candela: quæ, vbi commodè haberi poterit, ceræ albæ erit.

Admonebit etiam de nomine quod infanti imponetur, ut turpe non sit, non obscenum, non ridiculum, non fabulosum, non ethnicum, non falsorum Deorum,

rum, non brutorum animantium, nō faci-  
norosum hominum: nisi nomen tale sit,  
quod sancti habuerunt. Est enim cū  
pietatis, disciplinæque Christianæ ra-  
tione atque officio coniunctum, quo pri-  
mū tempore nomen Christo Domi-  
no in Baptismo datur, id eligi, atque  
imponi, cuius nominis recordatione fi-  
deles aliquando excitati, neque turpi-  
ter agant, & in ijs piorum operum cur-  
riculis versentur, quæ proponunt eis  
exempla sanctorum, quorum nomina  
habent.

Exposito autem infanti nomen impo-  
net, quod in schedula collo eius appen-  
sa scriptum est: illudque notabit certo li-  
bro, quō facilius, atque adeo certius, qui  
infantem exposuit, si quando voluerit,  
ex nomine recognoscat.

Quam ob causam aliquando pro oppor-  
tunitatis ratione, hospitaliū locorum,  
vbi infantes exponi moris est, admini-  
stratores, prefectosve monebit, vt ea ip-  
sa schedula asseruetur diligenter.

Cum verō sepē aliās, prout locus, tem-  
pus, personarumque conditio tulerit, tum  
maximē cum expositum baptizat, hoc  
grauiter monebit; vt omnes, quicumque  
sint, caueant suos, aut alienos filios expo-  
nere, nisi vrgens, magnaque necessitas  
id facere cogat: tuncque si fieri potest, nē  
exponant in compitis, via, aliove loco,  
vbi facile perirent; sed in hospitalibus,  
locisve speciātim eo nomine cōstitutis;  
ac præterea collo appensa alligatave in-  
fantis, qui exponitur schedula, aut nota  
alia indicante nomen, & Baptismum, si  
baptizatus est.

Cum infans, præsertim si iter longius  
est, ad Baptismum feretur, vas etiam a-  
quæ portari monebit Parochus; vt si  
quod fortasē mortis periculum (quod  
aliquando incidere potest) in itinere  
euenerit, ministraretur etiam in via pe-  
riculo instante.

Vestem etiam candidam paruulam in-  
star pallioli, è tela lineā, aliōve genere  
non serico tamen, albi coloris conse-  
ctam, quæ collo annecti possit, è domo  
parentum infantis portari significabit:  
qua veste illum baptizatum induet cū  
dicer, [Accipe vestem candidam,] vt in  
sua suo loco.

De ijs quæ Parochus curet, cum time-  
tur de partu.

Quoniam de improviso periculum  
partus incidit, hoc etiam Paro-  
chus aliquando monebit; vt ob-  
stetrix, aliave mulier in partu præsens,  
si quando aliquam in parturiendo ita la-  
borantem animaduertit, vt foetus peri-  
culum mortis probabile antequam in-  
tegrè nascatur immineat, vbi primū  
aliquod membrum vitalem motum ha-  
bens ex matris vtero extare videbit, il-  
lud aqua perfundens, aspergensve, nul-  
lo nomine imposito baptizet, dicens;  
Ego te Baptizo, in nomine Patris, & Fi-  
lij, & Spiritus sancti.

Si quādo autem in partu mulier obie-  
rit, hoc fieri admonebit, vt vterus ape-  
riatur, indeque foetus educus, si viuat,  
quamprimum baptizetur. Id verò ma-  
gna cautione fiat, vt & is viuus ex vtero  
extrahatur, & tunc in primis, cum ma-  
ter verè mortua est, nē pro salute filij  
mater occidatur.

Hoc verò etiam parentes, & domesti-  
cos, prout opportunitas feret, admone-  
bit; pro foetu qui in vtero est, Deum as-  
siduè intimeque precari, vt ille incolumi-  
tis in lucem edatur, diu nusque sit an-  
tequam obeat, Baptismi gratiam per-  
cipere, nē sine salutis sacramento de-  
cedat.

Et quod piæ deuotionis est, id quoque  
prout vsu venerit admonebit, vt tem-  
pori pariendi propinqua mulier ad ec-  
clesiam accedat, vbi pro ea præsentē sa-  
cerdos oret.

Mulier autem eo nomine cū veniet, piè  
ac deuotè ad altare maius benedictionē  
suscipiet; quam ille ritè adhibebit, vt  
suo loco descripta est.

De ijs, quæ Parochus ipse seruet, & pa-  
-ret, antequam Baptismum  
ministrat.

Primò Parochus videbit, vt sine  
conscientia peccati mortalis, quem  
admodum supra in rubricis generalibus  
traditum est, purè sancteque sacramen-  
tum hoc administret.

Ieiunus, & mane ministrabit, nisi neces-  
sitas aliter postulat. Nec verò ante or-  
tum,